

**Programma Quo Decanus Et Collegium Facultatis Iuridicae In Alma Universitate Rostochiensi Ad publicum Dnn. Iuris Candidatorum Dn. Magni Völgern/ Hannover. Dn. Alberti Willebrandt/ Rostoch. ceterorumq[ue] eos subsequutorum Examina Disputatoris inauguralia. Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Professores, Doctores ... Ei, qua par est, diligentia Officiose & solemniter invitant**

Rostochii: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731658299>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA  
QUO  
DECANUS  
ET  
COLLEGIUM

Facultatis Juridicæ

*In Alma Universitate Rostochiensis*

Ad publicum Dnn. Juris Candida-  
torum

*Dn. Magni Bölsger* / HANNOVER.

*Dn. Alberti Willebrand*

*Rostochii*

ceterorumq; eos subsequutorum Examina  
Disputatoria inauguralia.


Magnificum Dn. RECTOREM, Dnn. Profes-  
sores, Doctores, Verbi, Divini Pracones, Magistros Studio-  
sos Juvenes, Omnesq; Literatos & Literatis  
Ingenuè & Candide faventes.

Et, qua par est, diligentia Officiosè & solemniter invitant,

ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, Academ. Typogr.

ANNO cl. lcc. xxxvii.



*R. U. - jur 1637. Willebrand, Albert*



Decanus & Collegium Facultatis  
Juridicæ in Universitate Rostochiensis.



**D**risperitos communem nostram  
Patriam Romam Civitatum & Provin-  
ciarum omnium Caput propter insignem,  
quò instructi erant, augustissima Legalis  
scientia thesaurum viventes in grandi  
nò modo pra ceteris precio habuisse, sed &  
immortalitatis statuas ipsismet erexisse  
passim in historiis planù redditur. Prius magni, quos ipsis detul-  
lit, honorum tituli testantur: Testantur egregia tam re quam  
verbis declarati amoris, quo prisca eos Imperatores persecuti  
sunt, indicia: Testantur summa dignitatum, ad quas evecti  
sunt, culmina. Honorum tituli ut patefiant, è plurimis saltem  
Domitius Ulpianus, quem summi ingenij Virum in l. uni. §.  
9. C. de caduc. toll. Justinianus, & prudentissimum in l.  
11. C. de quaestione. Diocletianus & Maximinianus; Item  
Emilius Papinianus, quem in Constitutione Codici Theo-  
dosiano inserta Theodosius & Valentinianus excellentis, Ju-  
stinianus in §. 7. Instit. de fidei commiss. heredit. excelsi  
in l. 14. C. de sentent. & inter loc. summi pariter ingenij &  
doctrina Virum, in Constit. 1. §. 6. Splendidissimum in  
Constit. 2. §. 1. de concept. digest. Sublimissimum in  
Novell. 4. c. 1. Maximum; Juris asyllum & doctrina lega-  
lis thesaurum Elius Spartianus in Severo; Herennius quoq;  
Mode-

Modestinus, quem in l. 5. C. ad exhibend. non contemnen-  
de auctoritatis Jctum Gordianus; Ut & Tribonianus, Theo-  
philus, Dorotheus, Constantinus, Leontius, Anatolius, Crati-  
nus, Alij, quos illustres, excellentes, excelsos, magnificos, glo-  
riosos, optimos eminentes &c. legitime scientie artibus deco-  
ratos Viros & Antecessores in Const. 1. in princ. § 9. 11.  
& 17. & Const. 2. in princ. §. 9. & 17. de confirm. di-  
gest. & §. 3. in proem. Inst. & §. fin. Inst. quib. alien.  
licet predictus Justinianus appellare non dedignati fuerunt,  
ceteris omnibus silentibus, in lucem prosiliani. Realia amoris  
indicia ut edoceamus, testes advocamus non vita dissoluta de-  
ditum & ad quavis livoris ac malignitatis scelera proclivem  
C. Caligulam, qui, ut omnibus claris eruditione Virus ita Jctis  
quoq. insensissimus, omnem se juris scientie usum aboliturum  
jaetavit; Non crudelissimum Antoninum Bassianum Caracal-  
lam, incestuosum & parricidam, qui Emiliam Papinianum  
parricidium ob interfectum fratrem Getam contra ultricia  
conscientie flagra defendere & sacrosanctam Justitie officina-  
nam scelere conspurcare renuentem securi percussit; Non  
Claudium, Neronem, Galbam, Othonem, Vitellium, Commo-  
dum, Julianum & similes, qui Imperatorium nomen dignita-  
temq. turpiter fœdarunt; Sed Alexandrum Severum, qui  
nullam constitutionem sine viginti Jurisperitis sacrare un-  
quam sibi presumpsit: Imperator hicce, qui ob Virtutis studium  
magnas laudes promeretur, tantò Domitium Ulpianum  
favore complexus est, ut, etiamsi nullum ne ex domesticis qui-  
dem solum totò vite sue tempore in palatio viderit, ipsum ta-  
men remotis arbitris in colloquium non modo libentissimè ad-  
miserit, sed & frequentissimè, ut literatos cum eò sermones  
(quibus recreari sese & pasci ajebat) sociaret, accessiverit,  
adeò quidem, ut ex assiduâ hâcce conversatione familiaris ac  
socius Imperatoris diceretur. Amorem istum ut luculentiori

evidentiâ ostenderet Caesar Severus, Ulpianum nostrum non tantum, Mamma à matre principio reclamante post gratias agente, pro tutore habere haud erubuit, sed & eummet adversus milites, qui ex Jcti hujus consilio durius à Cesare in officio rezentem in ipsum semel irruentes mortē minitabantur, objectu pallij & corporis proprij (coipsò salutem Jcti Cesari cura esse pre se ferens) exemplo nunquam satis depradicando protegit. Papinianus, qui tanquam stella quaedam juris clara & insignis sub Septimio Severo nitere ac effulgere cœpit, amicus ejusdem summo salutatus est, & in eâ apud ipsum existimatione fuit, ut moriturus nulli alij quam huic Papiniano filios suos commendavit. Neratium, non Nequam (qui os hominis liberi manu suâ verberare pro oblectamento habebat & servam cum loculis assumplens sequentem, si quemcunq; probe de palma verat, numerare statim Legis 12. tabularum jussu asses 25. jubebat) sed Priscum optimus Imperator Trajanus, qui tam spectata probitate fuit, ut quoties postea semper Imperator designaretur, publicis votis eum probitate Trajanum adæquare optari solitum fuerit, usq; adeo in animo habuit, ut ipsi aliquando commendo tibi Provincias meas si quid fatale mihi contigerit dixerit. Proculus Syl. Othoni intimâ familiaritate junctus fuit, in tantum ut plurimum in eum spei & fiducia collocaret, peditumq; & equitum copias concrederet. Tiberio Cesari quamvis crudelissimo omniaq; cadibus ac libidine replenti prisca probitatis Jctus Nerva assiduus & familiarissimus extitit: imò cum hic ipse scelerum Imperatoris impatiens illo corpore per abstinentiam cibi moriendi consilium iniret, Tiberius eò sibi cognitò adsidere Nerva, addere preces, fateri postremo cœpit, grave conscientia grave fama sua, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret, Verbis quoq; eundem, quo Jctos forebant, amorem Impera-

Imperatores non unô in loco expresserunt: Phribus autem  
id persequi quia prolixum foret, unum hocce, quod non in spe-  
cie duntaxat Domitium Ulpianum in l. 4. C. de locat. Ale-  
xander Severus, sed et omnes indifferenter Ictos patritios in l.  
fin. C. de Consul. & §. 1. Inst. quib. mod. jus patr. pot.  
solv. Justinianus amicissimô Parentis sive Patris nomine  
cohonestarint, memorasse sufficiat. Summa dignitatum, ad  
quas priscum Ictos nostros in administrandâ Republicâ eve-  
xit seculum, culmina si perferat emur, spaciosissimus quidem  
se se eorum recensendorum nobis campus offert. ast paucis ea  
in potioribus delibasse sat erit. P. Servius Sulpitius Ruffus,  
qui Dialecticâ Jurisprudentiam ratione primus ex omnibus  
pertractavit, præter alios quos gessit honores, turbata rē Ro-  
manâ Interrex auctore Senatu & Gracia post Julio Cesare sic  
disponente Præfectus fuit. Amilius Papinianus sub Septimio  
Severo & Proculus sub Octone præfecturam prætorij adepti  
sunt. Eodem honore sub Alexandra Severo non modo Domi-  
tius Ulpianus, (cujus & sacrorum Scriniorum magister exti-  
tit) sed Julius quoq; Paulus, qui ipse jam ante quoq; in Præ-  
tura & consulatu conspiciebatur, perfuncti sunt. P. Alphe-  
nus Varus, qui Cremona sutrinam diu exercuit, ubi tandem  
abjecto artis instrumentô clausâq; tabernâ Romam se conse-  
rens Servium Ictum docentem audivisset, & ex scholâ ejus  
prodisset, propter Juris quam hauserat scientiam ad consula-  
tum pervenit. Consulatum huncce Herennius Modestinus,  
Juvennius Celsus filius, Neratius Priscus, Tiberius Corunca-  
nus (qui primus profiteri publicè Jurisprudentiam cœpit &  
Pontificatus quoq; honore exornatus fuit) itemq; Appius  
Claudius Cacus (qui pariter ante Censor & post Prætor creatus  
est) sustinuerunt. Nobile illud sub Æl. Adriano protrusum  
horri Juridici germen Salvius Julianus Edicti perpetui auctor  
qui tanta discendi cupiditate flagravat ut. Et si unum pedē

in sepulchro haberem, adhuc tamen addiscere vellem  
 memorabili voce edixerit, Romana gubernationi in honorificâ  
 prefecturae urbanae functione praesuit. Ipsiomet praefecti urbis  
 officij Pogasus, cum Consulatum quò prius decoratus erat de-  
 posuisset, particeps redditus fuit. *Viventes ita non tantum  
 honoratos Jctros, sed & ut fama ipsorum in perpetuum per  
 gloriam vivere intelligeretur, immortalitatis quoq; statuas  
 ipsis erectas fuisse Historia produnt. Huic ut fides fiat, pluri-  
 bus alijs silentio suppressis par saltem Jctrorum nobile Hermo-  
 dorum scilicet Ephesium & Julium Paulum testes produci-  
 mus: Illi namq; cum 12. tabularum Leges à Legatis ex Gra-  
 eia allatas interpretatus esset, statua eam ob rem in Comitio  
 dicata est; Hujus vero statua Patavij, unde ortum suum du-  
 xit, hodiernâ adhuc die visitur. Alma ipsiusmet tantâ praemi-  
 nentiâ coruscantis Themidos amore fervido bini jam iterum  
 capti sunt Spectata Virtutis & Eruditionis Viri-Juvenes*

brandt/ROSTOCK.  
 Dr. ALBERTUS BILLI  
 Dr. MAGNUS BILLER  
 Dr. HANNOVER.

Citra ullum doctrinae praedicti amabili conventionem inter-  
 veniente hoc modo locati: Hi itaq; cum non in nostrâ tantum sed  
 & alijs non paucis Germaniae Academijs celeberrimis Sacrosan-  
 ctæ Jurisprudentiae per plures annos strenuâ operâ litassent, &  
 in eâ ipsâ, quâ viriliter excoluerunt & funditus enuclearunt,  
 eruditionis haud vulgaris Thesauri quæsito amabilem magni-  
 faciendâ Themidos favorem & amorem reciprocam ex votis  
 sibi

sibi conciliaſſent, & a nobis Juſtitia in Roſceo hocce Balchico Sa-  
cerdotibus, ut eam iſſis ſolenni ritu deſponderemus & copulã  
indiffolubili jungeremus, id eſt, ſummis quibus Juris Antiquitates  
ſplendeſcere ſolent honoribus ac privilegijs pro morte recepto  
condecoraremus, haud ita pridem decenter & modeſte petie-  
runt. Juſto hujusmodi poſtulado ne deeſſe videremur, prano-  
minatos Dnn. Candidatos morã haud injectã ad conſuetũ exa-  
men privatum primitus ablegavimus. In eò autem non pa-  
rum rigorosò, illos ſane honoratum ſtudioſorum nomen pluri-  
morum otioſorum & inutilium Academia ſuorum inſtar de-  
ſedaſſe, nequaquam deprehendi potuit, ſed tantos certe in Sa-  
crarum Legum ſcientiã profectus & ſpecimina indubitata edi-  
derunt, ut quos voti & deſiderij effectus haud fruſtraretur, u-  
nanimibus totius Collegij noſtri Juridici ſuffragijs digni &  
ejus, quod ambiunt, meritiſſimi pronunciati fuerint. Ut tamen  
& Ea, quæ taliter nobis ex aſſe innotuit, prædictorum noſtrorũ  
Dnn. Candidatorum Eruditio ceteris quoq; pateſcat, & publi-  
cum, de quò minimè dubitamus, mereatur adplauſum, Jam  
ipſos (quos alij Divinã favente gratiã propediem ſubſequenturi  
ſunt) pro antiquã ut omnium ita & noſtri Athenæi conſuetu-  
dine palam prodire jubemus, & communi omnium, qui rē ipſã  
id quod veriſſimè de noſtris Dnn. Candidatis profeſſi & polli-  
rici ſumus haud dabiè experientur, cenſura ſubjicimus. Qui  
Actus publicus ut honorificentior & conſpectior reddatur, Ma-  
gnificum idcirco Dn. Rectorem, Reverendos, Conſultiſſimos, Ex-  
perientiſſimos, Clariſſimos, Preſtantiſſimos Dnn. Profeſſores,  
Doctores, Verbi Divini Pracones, Magiſtros noſtros reſpective  
Collegas & amicos honoratiſſimos ac amiciſſimos, Nobiliſſi-  
mam item totius ſtudioſe juventutis multitudinem, Omneſq;  
Academicis & inaſtimabili Literario Ordini ingenio vultu &  
candida mente faventes, ut 16. menſis hujus Februarij die in-  
segro



tegro presencia sua honorificā eundem cohanestare & sapius  
dictos nostros Dnn. Candidatos exercere & probare haud gra-  
ventur amanter & enixe contendimus. Insignem suam eo  
ipso declarabunt & Faculeati nostra Benevolentiam & singu-  
larem Dnn. Candidatis favorem; Cujus demerendi memoria  
& studium ut nunquam in nobis mortali vita fruencibus emo-  
riatur operam daturos nos reapse deprehendent. P. P.

sub sigillō Facultatis nostra 5. Februarij

ANNI M. DC. XXXVII.



sibi conciliaissent. A nobis Justitia  
cerdotibus, ut eam ipsis solenni rite  
indissolubili jungeremus, id est, sum  
splendescere solent honoribus ac pri  
condecoraremur, haud ita pridem  
runt. Justo hujusmodi postulato m  
minatos Dnn. Candidatos morâ ha  
men privatum primitus ablegavi  
rum rigorosô, illos sane honoratum  
morum otiosorum & inutilium Ac  
fedasse, nequaquam deprehendi po  
crarum Legum scientiâ profectus &  
derunt, ut quos voti & desiderij eff  
nanimibus totius Collegij nostri  
ejus, quod ambiunt, meritisimi pro  
& Ea, quae taliter nobis ex asse inn  
Dnn. Candidatorum Eruditio ceter  
cum, de quò minimè dubitamus, m  
ipso (quos alij Divinâ favente gra  
sunt) pro antiquâ ut omnium ita e  
dine palam prodire jubemus, & co  
id quod verissimè de nostris Dnn. C  
tici sumus haud dubie experientur  
Actus publicus ut honorificentior e  
gnificum idcirco Dn. Rectorem, Rev  
perientissimos, Clarissimos, Prest  
Doctores, Verbi Divini Pracones,  
Collegas & amicos honoratissimo  
mam item totius studiose juventut  
Academicis & inestimabili Litera  
candida mente faventes, ut 16. m

e Balchico Sa  
mus & copula  
ris Antistites  
mort recepto  
modeste petie  
mur, prano  
consuetu exa  
atem non pa  
nomen pluri  
im instar de  
s certe in Sa  
dubitata edi  
ustraretur, u  
gij digni &  
nt. Ut tamen  
rum nostroru  
fiat, & publi  
usum, Jam  
subsequenturi  
mai consuetu  
m, qui re ipsa  
fessi & polli  
ycimus. Qui  
eddatur, Ma  
ultissimos, Ex  
n. Professores,  
ros respective  
nos, Nobilissi  
em, Omnesq;  
bruarij die in  
regro



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT  
Image Engineering  
Scan Reference Chart  
TE263  
Serial No.